UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartoli Consilia, Quæstiones, & Tractatus

Bartolus

Lugduni, 1567

Tractatus Dom. Bartoli a Saxoferrato de Questionibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96124

Visual Library

nunc ſi heres. Si autez non venit, iudex nihilominus recipiat teſtes proſequendo inquiſitionem ſuam, argumen. C. de teſtib. l. ſi quando inuitos, ⁊ C. de aduoc. diuer. iudi. l. laudabile, et non nunus valebit, quod lis conteſtata non ſit, cum fiat ad preparationem alterius queſtionis, ⁊ totaliter poterit expediri. argu. de libera. cau. l. liber. in fi. ⁊ C. de adulter. l. quoniam Alexandrū. ⁊ d. l. fi. ff. ſi cert. peta. Poteſt enim fieri alio modo, ſcilicet vt iudex preconem ſeu executorem ad inquirendū mittat, ⁊ referenti credatur, ⁊ ita iudex pronunciat quod bona excuſſa, ⁊c. arg. ad hoc. C. de his qui ad eccle. confu. l. preſente. §. ſi tibi. ⁊ ff. mand. l. ſi mādauero, ⁊ ff. de in integ. reſti. l. diuus. ⁊ ff. de reb. eoꝝ. l. magis puto. §. ne tamen. ⁊ C. de accuſ. l. ea quidem. ſed argum. contra, C. de accuſ. l. j. libro xj. Sed conſilium eſt, duo mittantur executores, cum in ore duorum vel trium ſtet' omne verbum, vt in authē. de teſtib. in princip. ⁊ in auth. de defenſo. ciui. §. ex ꝓuinciali. ⁊ arg. C. de bonis vacan. l. fin. ibi tam ipſius, ⁊c. ⁊ ff. de ven. inſp. l. j. §. ⁊ ſi quidē. Super ſeptimo' ⁊ vltimo quero, quid ſi bona inueniuntur, ſunt tamen in controuerſia, erit ne locus hypothecarie, vel ſecunde conuentioni? Et videtur, quod ſic, ff. de re iudic. l. a diuo Pio. §. ſi ſuper rebus, ⁊ C. quando fiſcus, vel priua. l. iij. Econtra ꝙ non niſi conuicto an debitor poſſideat, ⁊ tūc bona capientur vt non ſit locus hypothecarie vel ſecunde conuentioni, quandiu conuincas ab eo, an poſſideat aduerſarius, ⁊ tunc ſit locus hypothece: vt d. l. a diuo Pio. argu. in auth. de fideiuſſo. §. ſed neq;. Sed quid ſi inueniatur ꝓ parte ſoluendo ꝓ parte nō excuſſione facta? Dic nihilominus etiam locū hypothecarie in reliquum debitum. ſed arg. ff. de verbo. ſigni. l. ſoluendo eſſe. Sed an de hac diſcuſſione ſit faciēda fides ante litem cōteſtatam in hypothecaria ſi exigatur? Et videtur, quod ſic: quia eſt dilatoria, de qua ante litem conteſtatam eſt cognoſcendum, vt C. de proba. l. exceptionem. ⁊ facit pro hoc d. l. fin. ſi cert. peta. ⁊ quod not. ff. de except. l. exceptiones. j. circa. fin. ¶ Sed nunqd valeat ſententia, excuſſione non facta? arg. quod ſic. C. de appella. l. j. Item nunquid in tacita tantum, an in expreſſa habeat locum excuſſio. no. in authent. de fideiuſ. §. quod autem de cetero. ⁊ melius in dicta l. magis. Sed pone quod ſunt plures emptores rerum obligatarum, an iſte qui conuenitur, poterit excipere de aliis conueniendis pro parte virili? Videtur, quod ſic, ſ. d. l. magis. Sed contrarium eſt, vt ibi no. argu. ad hoc C. ſi vnus ex pluribus appellauerit. l. fi. ⁊ arg. C. de diſtractio. pig. l. creditor. ⁊ qꝛ cauſa pignoris eſt indiuidua. ff. de euictiō. l. rem hereditariam.

¶ Sed pone, quod mulier renunciauit iuri hypothecario in cōtractu alienationis facte marito, nunquid ſi agat aduerſus alios poſſeſſores rerum mariti deducetur quod deducere potuiſſet ab aliis? Videtur etiam quod ſic. An facta excuſſione ⁊ pronunciatione poſſit excipi, de debitore locuplete conueniendo? Et videtur, quod non: quia iam iudicatum eſt, ⁊ res iudicata habetur pro veritate. ff. de ſtatu hominum. l. ingenuum. ⁊ obſtat exceptio ſi preſens ſit, alias non, quia res inter alios, ⁊c. ff. de re iudicata. l. ſepe. in princip. niſi vel per gratiam vel per ſortem iudicatum fuerit. C. quando prouo. non eſt neceſ. l. venales ſententias.

¶ Sed quid ſi dicatur auctas eſſe facultates poſt pronunciationem excuſſionis? Videtur quod nihilominus procedatur in hypothecaria. arg. qui ſatiſ. cog. l. pen. ⁊ conueniri poteſt, vt in aut. de fideiuſſo. §. j. ⁊ no. C. de pig. authen. hoc ſi debitor. Laus Deo. Bart. a Saxoferrato.

ADDITIONES.

a Tho. D. ¶ Tractatus de excuſſionib. pignorum. Iſtum tract. inueni in v. libr. conſil. diuerſo. doct. in fo. xcvj. ⁊ alias ꝑ tracta. Bart. fuit impreſſus per magiſtrum Henricum de Colonia inſimul cum aliis tract. videlicet ſequeſtroꝝ. Angel. de Peru. et Marti. de Fano, quomodo probet negatiua ⁊ de exceptiōibus impedientibus litis ingreſſum, ⁊ de poſitionibus. vbi dicitur etiam quod fuit compoſitus per Bartol. vltimo anno vite ſue. Aduertendum tamen puto quod aliqui attribuunt iſtum tract. Iac. Butr. quia etiam ipſe compoſuit tract. excuſſionum. quem alle. Ange. de Are. in §. item ſi quis in fraudem. Inſtitut. de actionibus, habeo etiam iſtum tract. in vol. conſil. Angel. manu ſcripto, vbi iſte tract. attribuit Iacob. de Aret. tamen iſte tract. in libris antiquis manu ſcriptis attribuitur Bart. Et de materia vide plene per Ioan. Berta. in ſuo reper. in ver. diſcuſſio. et per Alexan. in l. decem. ff. de verbo. oblig. ⁊ in conſil. lxxiij. incip. in cauſa appellationis. ⁊ conſi. lxxxv. incip. ponderatis his, de quibus. volumine vj. ⁊ in conſi. lxxxiiij. in ij volum. incipien. in cauſa que vertitur. ⁊ Angel. de Aret. in dicto §. item ſi quis in fraudem. ⁊ per do. Iaſ. in d. l. decem. ⁊ in l. ſi. in princip. ⁊ ibi ſcripſi. ff. ſi cert. peta.

b ¶ Pronunciatio. Vide Ange. de Are. ⁊ plene in §. item, ſi quis in fraudem. Inſtitu. de actionibus. ⁊ ibi vide plene de iſta materia excuſſionis.

a
Tractatus Dom. Bartoli a Saxoferrato de Queſtionibus.

DE queſtionibus plenius tractaturi, vidēdū eſt, qd ſit q̄ſtio, ⁊ q̄ ꝑſone poſſunt torqueri, et que non, qualiter inq̄ſitio, ſeu q̄ſtio fieri debeat, ſiue quo moderamine habēda ſunt tormēta et quo ordine ſunt hoīes torq̄ndi, ⁊ ex qb' cauſis, ⁊ q̄ oportea t ꝓcedere q̄ōnez ⁊ q̄s ſit q̄ōnis effect'. Demū formabo quaſdam vtiles, ⁊ frequentes queſtiones ſuper predictis, ⁊ vt iudicibus immodice ſeuiētibus aliqua tēperies imponatur, premittenda ſunt quinque. Primum eſt, ꝙ iudices qui de aliquo q̄ōnem habere intendunt, ante oīa habeant iuris ⁊ humanitatis conſiderationem, et non facile ad tormenta proſiliant, nec repente quantūcunq; habere ꝓtendant, veriſimilia argumēta ad q̄ōnez accedant, ſi aliqua leuiori via poterit obiecti criminis veritas reperiri: vt ff. eod. l. diuus j. ⁊ ij. reſp. ⁊ l. edictū. ⁊ C. eo. l. quoties. Secundum vero, quod non de qualibet leui cauſa nec de qualibet leui crimine, nec indifferenter de quibuſcunq; perſonis eſt habenda q̄ō. vt d. l. edictum. Tertiū vero ꝙ non quelibet indicia ſunt ſufficientia ad tormenta habenda, tunc enim torquendus eſt reus, cū ſuſpectus eſt, ⁊ indicia preceſſerint veriſimilia talia, ꝙ ſola confeſſio, ⁊ talia ꝙ ſola torq̄ndi neceſſitas eſſe videatur; vt ff. eod. l. j. ij. reſpon. Quartum vero ꝙ in queſtionē non eſt aliquis repetendus niſi duo concurrant, ſcilicet ꝙ noua ſuperueniant indicia, ⁊ ꝙ in tormentis animus corpuſq; durauerit: vt ff. eod. l. vnius. §. j. Quintum vero iudices temperamentum hoc teneant, vt tormenta de aliquo non faciant immēſum, nec quantum poſtulauerit accuſatio. ſed prout moderate rationis temperamenta deſiderant: adeo quod tortus innocentie, vel ſupplicio conſeruetur: vt ff. eod. l. de minore. §. tormenta. ⁊ l. queſtionis modum. ff. eo. alias tenetur de iniuria: vt ff. de iniur. l. itē apud Labeonem. §. queſtionem. ibi tormenta. Queſtio autem definitur ſic. Queſtio eſt inquiſitio quedam ad inueniendum veritatem per tormenta ⁊ corporis dolorem. Nuda igitur interrogatio vel leuis territio pertinet ad hoc edictum. ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. adiicitur aduerſus. ff. ad Sillan. l. j. §. queſtionem.

¶ Que perſone poſſunt torqueri, ⁊ que non? Et certe torqueri poſſunt tam liberi, quam ſerui, ⁊ liberti ⁊ ſtatuliberi: vt ff. eo. l. edictum. ⁊ l. ex libero. ⁊ l. diuus. ⁊ tam maſculi quam femine niſi ſint pregnantes: vt ff. de pe. l. pregnantis, ⁊ quanquam quidam contrarium dixerunt, dic indubitanter liberos hoīes tam in ipſos quam in alios poſſe torqueri: vt ff. eo. l. ex libero. in princ. ⁊ in l. vnius. §. teſtes ⁊ C. ad l. Cornel. de fal. l. ſicut. ⁊ l. ſi quis decurio. ⁊ ff. de re mil. l. proditores. ⁊ in authē. vt iudices ſine quoquo ſuffra. in §. oportet enim. ⁊ C. eo. l. milites. vbi indiſtincte loquitur ⁊ quo ad crimina, ⁊ quo ad perſonas cuiuſcunque conditionis, excepto quod ꝑſonas in dignitate poſitas torquere non permittit: vt C. de infa. l. nullam exiſtimationis infamiaz. vbi de hoc. ⁊ C. de aſſeſſori. l. nullus. ad finem. Omnia ſuperiora iura loquuntur de queſtionibus habendis de liberis hominibus. excipiuntur quedam perſone, quas ius torqueri non permittit. Quidā propter etatez, vt minor xiiij. annorū torqueri non poteſt ſed poteſt ferula cedi. ⁊ terreri corrigia vel virgis leuit ad eruendam veritatem. probatur ff. ad Sillania. l. j. §. impubes. ⁊ l. excipiūtur. ⁊ ff. de queſtionib. l. de minore. §. j. ⁊ d. l. ex libero. §. Itē decrepitis ſubuenitur. vt non torqueant. Sed que dicitur iſta etas decrepita, cui debeat ſubueniri? Reſpondeo, vt ff. ad Sill. l. iij. §. ignoſcitur. Itez in dignitate poſiti non torquent, vt eminētiſſimi iudices milites, decuriones, filii, et nepotes predictorū vt in eos aliqua pudoris macula non detegat: vt C. eod. l. diuo Marco. ⁊ l. decuriones. ⁊ l. milites. ⁊ ff. de decurionib. l. fin. Sed in quibuſdā criminibus dignitas non prebet excuſationez, nec etiā minor etas, vt non torqueantur, vt in crimine leſe maieſtatis, ⁊ in ꝓditoribus, ⁊ in quibuſdaz aliis: vt ff. eo. l. de minore. §. j. ⁊ l. ex libero. §. j. ff. eo. ⁊ ff. de re mil. l. deſertorem. §. is qui. ⁊ l. ꝓditores. Itē decuriones in alio caſu torquentur, cū queritur de fide inſtrumentorum que ante decurionatum fecerant: vt l. ſi quis decurio. C. ad legem Cornel. de fal. Item mulieres, q̄ ſunt pregnantes, torqueri non poſſunt, l. pregnantis. ff. de pen.

¶ Qualiter autem debeat inquiſitio fieri, ⁊ cum quo moderamine ſint habenda tormenta? Dic, non eſſe immenſe habenda, nec quanta

quanta poſtulauerit accuſator, ſed cum moderamine rationis:
vt ff.eod.l.de minore.§.tormẽta.⁊ l.queſtionis.e.ti.Et circa hoc
non poteſt certa regula tradi,ſed iudex conſideret torquendũ,
cuius ſit fortitudinis,valetudinis debilitatis,vel etatis,⁊ ſecũ-
dum varietatem perſonarum,⁊ qualitatẽ criminis, ſeu alterius
negotij quantitatem, quandoque aſperioribus, q̃nque mitiori-
bus,hec enĩ ſunt conſiderãda,vt arguitur per iura.ff.de re mi.l.
iij.§.fin.ff.ad Sill.l.ſi quis in graui,⁊ l.ſubuenitur.⁊ l.i.§.impu-
bes.Dic ergo torqueant,vt innocẽtie,vel ſupplicio conſeruent
incolumes:vt ff.eod.l.queſtionis modũ. Quo ordine ſint habẽ-
da tormenta poſito quod ſint de pluribus? Reſpõdeo ſagax iu-
dex cõſiderabit a quo facilius veritas erui poſſit,vt ab illo que-
ſtionem incipiat.Item a timidiori,⁊ magis ſuſpecto. Itẽ a mi-
nori ⁊ debiliori,nõ a fortiori,vt ff.eod.l.j.⁊ l.vnius.j.reſpõ.Item
ſi torquendi ſunt pater ⁊ filius, a filio incipiendum eſt in patris
conſpectu,quia per hoc citius dicet pater,quaſi ipſe magis tor-
queatur,⁊c.vt ff.quod met.cau.l. iſti quidem.§.fina.⁊ Inſtitut.
de noxa.§.ſed veteres.Item femina prius torqueatur,quã ma-
ſculus quia homo eſt maioris conſtantie ⁊ ideo tardius confite-
tur:⁊ mulier citius.quia momentaneum ⁊ inſtabile cor habet,vt
l.filia in orbitate.C.de inofficio.teſta.extra de verbo.ſignifi.c.fo
rus.⁊ ff.de iure fiſ.l.defert.in princip. ¶ Ex quibus cauſis tor-
quentur homines? Reſpon. ex ciuili ⁊ criminali,⁊ tunc cum ve-
ritas aliter reperiri non poteſt:vt ff.eod.l.diuus.⁊ l.ex libero.et
C.eod.l.quoties. non tamen ex omni cauſa quis torquẽdus eſt,
nec quelibet perſona indifferenter:vt ff.eodem.l.edictum. Que
oportet precedere queſtionem? Dic,indicia ſufficientia, ⁊ veriſi-
milia,nam a tormentis incipiendum non eſt:vt ff.eo.l.i.j.reſpõ.
Nam ſine indicijs,ſeu preſumptionibus, quis torquendus non
eſt,l.vnius.§.in ea cauſa.⁊ §.fina ⁊ l.maritus.⁊ l.fina.ff.eod.⁊ C.
de fal.l.ſicut.in fi.⁊ in acrioribus eſt valde conſiderandũ ⁊ pon-
derandũ nũquid precedẽtia indicia ſint veriſimilia ⁊ ſufficientia
ad habendam torturam, cum in talibus reſtitutio vel appella-
tio ſubſequens prodeſſe non poſſit,nam plerique dum torquen-
tur deficere ⁊ perire ſolent:vt ff.de penis,l.aut facta.§.primo.
Et quod ante torturam oportet precedere indicia,patet per iu-
ra ſuperius allegata.⁊ C.eodem.l.milites.⁊ ff.de bon.dam.l.cuz
b ratio naturalis.cũ ſimilibus.Sed quero,que [b],⁊ qualia? Reſpõ-
deo,certe non poſſunt bene dici,vel oſtendi,vel de eis certa di-
ſtinctio vel doctrina dari,ſed hoc committitur arbitrio iudicis:
vt ff.de teſtib.l.iij.in princip.ibi,tu magis ſcire potes. Et ſic di-
cimus de acceſſionibus,⁊ mora:vt ff.de diuerſ.⁊ temp.preſcrip.
l.de acceſſionibus.⁊ ff.de vſur.l.mora.⁊ generaliter omne quod
c non eſt determinatum [c] a iure,relinquitur arbitrio iudicis, vt
eſt videre de penis non determinatis a iure:vt ff.de pen.l.ho-
die.⁊ l.ſanctio.⁊ ff.de effracto.l.j.ſic ⁊ de tempore dicimus,quã-
do indeterminate profertur:vt ff.de iure delib.l.j.Poſſumus ta
men doctrinam talem tradere quod aſtutus iudex debet ſolen
niter inſtare ad indicia indaganda contra delatũ ex aliquo cri-
mine.Naz indicia ſunt alijs probationibus proxima, ⁊ quaſi de-
monſtrantia veritatem ⁊ probationum adminicula ad indagan-
dam veritatem,vt C.de probat.l.inſtrumenta domeſtica.⁊ l.fin.
ſunt enim indicia pars probationis clare:vt C.qui teſtamen.fa-
ce.poſ.l.hac conſultiſſima.in princip.verſicul. deinde.ibi,indi-
cia,⁊c.Nam indicium dicitur ab indicando,vnde indicia,id eſt,
demonſtrantia adminicula ad indagandum veritatem,vt C.ad
legem Iuliam de adult.l.qui adulterij fuerint accuſati. ⁊ ff.de
preſcript.ver.l.ſolent. Querant quoque iudices,⁊ inſtanter in-
dagent omnia cum quibus,et per que loca conuerſabatur dela-
tus, quem torquere intendit, quoniam mala conuerſatio parit
indicium:vt ff.de admi.tut.l.ſi plures oratores.§.aſſidue. Nam
ex mala conuerſatione bonus efficitur vitioſus:vt ff.de edil.e-
dic.l.ediles etiam hoc preſtare.§. Pedius.in fin.ibi,aleator for-
te,⁊c.ad idem dictum Philoſophi. Qualis quiſque eſt,talium
conſortio delectatur. Item conſiderentur loca,in quibus con-
uerſabatur,quia ſecundum locorum varietatem varia colligitur
coniectura:vt C.ſi manci.ita fu.alie.l.fina.⁊ ff.de pen.l.aut fa-
cta.§.euentus.Item inſtet querere,ſi erat inimicus offenſi,vel
aliqua offenſio euenerat inter eos: quia tunc erit preſumptio
culpe:quia inimicum de inimico male cogitare,⁊ facere,ius pre-
ſumit:vt notatur ff.de his quibus vt indign.l.ſi inimicitie.⁊ ff.
de adi.leg.l.iij.§.final Item ſtudeant inuenire,cuius exiſtima-
tionis ⁊ fame bone,vel male,⁊ qualis fuerit fama,⁊ opinio eius
in ciuitate,talem eum preſumimus,vt ff.eod.l.de minore.§.tor-
menta.ibi,vel exiſtimationis,⁊c.ff.de rei vend.l.ſi a bone fidei.
in princip.⁊ in authenti.de teſt.§.ſancimus. Item poteſt iudex
indicia ſumere ex conſtantia vel trepidatione vocis vel mem-
brorum vel pallore,vt d.§.tormenta, locutio enim ⁊ conſtãtia
vel trepiditas cuiuſque ideo animaduertenda ſunt vel indagã-
da,quoniam multum confert ad indagandum veritatem,vt d.
§.tormenta.Item indaget cuius vite primo fuit, ⁊ an talia, vel
ſimilia,de quib.inculpatur ad preſens facere conſueuit. Nam de
vno quoque bonum,vel malum preſumimus, conſideratis pri-
mo actitatis:vt ff.de re.mi.l.deſertorẽ.§.is,qui ad hoſtes.ibi,in-
ſpecto vite eius precedentis actu.⁊ l.non omẽs.§.a Barbaris.
de re milit.⁊ de ſuſpect.tut.l.tutor quoque.§.queri poteſt.Ex ge
ſtis enim preterite vite metimur preſentia:vt C.de prepo.agen-
tium in reb.l.i.§.ſi.lib.x.Itẽ an fuerit ei minatus qm̃ erit indi-
cium,q̃ operib.adimpleuerit,qõ verbis profudit terrẽdo.ex ho-
minum enim dictis facta penſantur:vt C.ſi quis Impera. ma-
ledixe.l.vnic.⁊ ff.de ſupel.leg.l.Labeo.Itẽ conſiderandũ eſt,an
ſit talis qui conſueuerit.⁊ habuerit poſſe talia attẽtare,quod eſt
no.dignũ:vt ff ad l.Iul.maie.l.ſi famoſi.ibi,an potuerit facere ⁊
an quid ſimile fecerit,⁊c. Item ſi aufugerit,eſt indicium contra
eum,vel ſi ſe abſentauerit ſtatim poſt perpetratum maleficium,
arg.in auth.de exhi.⁊ intro.re.§.ſi vero etiam.⁊ C.de aſſe.l cõſi-
liarios.cum ſi.Item teſtes recipiat ſuper maleficio commiſſo in
loco,vbi fuerat cõmiſſum,an in via,an de nocte,⁊ de voce publi
ca ⁊ de fama,que alias ſit circa probata coadiuuans, ⁊ faciũt in-
dicium ad torturam,vt ff.de teſt.l.iij.§.eiuſdem.ibi, alias veluti
conſentiens fama,ff.de flumi.l.j.§.fluminũ.Ex multis allegatio-
nibus curioſus iudex poteſt indicia ſumere ad informandũ con-
d ſcientiam pro eruẽda veritate delicti. ¶ Demũ reſtat [d] videre,
quis ſit effectus queſtionis. Et certe ſi idẽ abſq; formidine tor-
mentorũ vltro quis confiteatur crimen. Dixerunt quidam anti-
qui, ⁊ quidam Mod. docto. eum non eſſe ſtatim damnandum:
ſed debet iudex ſtare per diem,vel ad tempus ſecundum quali-
tatem criminis,⁊ perſone conditionem, ⁊ interim facere repre-
ſentare reũ corã ſe,⁊ interroget an velit ſtare dicto quod dixit,
an contradicere,vel reuocare,⁊ hoc ideo dicũt ipſi,q: confeſſio
in criminali cauſa nõ ſtatim preiudicat, nec ſtatim facit plenam
probationez vt expreſſe dicitur C.de cuſto.⁊ exhib.reo.l.ij.⁊ ita
intelligunt legem illã,que non diſtinguit an formidine tormen
torum,an ſponte ſit facta cõfeſſio,⁊ ita intelligatur ff.eo.l.j.§.di-
uus Seuerus.ibi,pro exploratis facinoribus.⁊ §.ſi quis vltro.
Et ſic dicebant iſti intereſſe inter confeſſionem habitam in ciui-
lib.⁊ criminalibus. hoc intereſt,quia in ciuilibus non eſt opus
perſeuerantia,ſed ſtatim tenet:in criminalibus vero ſi vltro ſi-
ne formidine tormentorum habita fuerit cõfeſſio,eſt opus per-
ſeuerantia,per predicta iura,vt iudex magis ponderate,⁊ ſoler-
tius in criminalibus , quam in ciuilibus procedat:nam vbi ma-
ius vertitur periculum,⁊c.facit.C.de fal.l.vbi falſi examen facit
melius C.de penis.l.vt mirum.ſi ita tam varie,cum criminalia
iudicialia cum ciuilibus quaſi nullam habeant ſimilitudinem,
vt Inſtitu.de pup.iudi.in princip. Tu dic contra.⁊ hec eſt com
munis opinio. quod ſi quidem quis in ſe confitebitur crimen
ſponte,ſtatim carcerabitur: ⁊ illico abſque alia perſeueratio-
ne vel confeſſione damnatur, vt l.cum reis.⁊ l.qui ſententiam.
C.de pen.Et ita intelligo de cuſto.reo.l.ſi confeſſus.Non obſt.
§.diuus Seuerus.§.ſi quis vltro.quia intelliguntur in confeſ-
ſionib.habitis in tormentis.⁊ ita intelligitur l.ij.de cuſt.re.C.ſe
cundum veriorem lect.vt patet in fin.de l.ij.ibi,vt iudicibus im-
modice ſeuientib.⁊c Sed ſi in tormentis,vel formidine tormen
torum,tunc non ſtatur nec debet haberi pro explorato facinore,
vt d.§.diuus.⁊ C.quo.app.non reci.l.ij.⁊ eſt ratio.vt ff.eo.l.j.§.
queſtio.ibi,etenim res eſt fragilis ⁊ pericioſa,⁊ que veritatem
fallat,⁊c.⁊ tunc habet locum l.ij.de cu.reo.vt iudex faciat crimi-
noſum ad ſe redire,⁊ querat vtruz velit in ſua confeſſione perſe
uerare,an retractare:⁊ ſi perſeuerauerit,tũc cõfeſſio valet,alias
non,vt d.§.ſi quis vltra.⁊ d.l.ij.C.quorum appe.non recip.Sed
e quid [e] de queſtione quotidie occurrenti,Aliquis ſubijcitur que-
ſtioni,confitetur contra alterum nunquid ſtabitur dicto ſuo?
Et,diſtingue,aut torq̃tur ſimpliciter in alios vt in ſocios ⁊ non
in ſe,tunc ſtat dicto ſuo cum alijs indicijs,vt iudex ex dicto torti
⁊ alijs indicijs ad condemnationem procedere poſſit,vt C.de
aſſeſ.l.nullus.ad fin.ff.de queſt.l.edictum.⁊ l.j.§.qui queſtionẽ.
ibi,alterum enim magis ſuggerentis quam requirentis veri-
tatem.Et idem Tullius in Topicis,ibi non tormentis, verui-
bus,igne fatigari,que dicunt videtur dicere,ſaluo ſi dixerit de
inimico,quia tunc non facile creditur:ſed nec fides omnino de
trahenda,ſed cauſa cognita erit fides adhibenda vel non,vt ff.
eodem.l.j.§.j.⁊ argu.ff.de teſtibus.l.iij.in princ.Aut torquetur
in ſe ⁊ in alios,⁊ ſi nihil de ſe confitetur,habent locũ.ſ.proxi.di-
cta,ſi confitetur de ſe ⁊ alijs,tunc ſecundũ Accu.cuius opi.pre
ualet,eſt inuenire regulam ⁊ inſtantiam a regula regulariter,
ſuper proprio crimine confeſſus ſuper conſcientia non ſcrutetur
aliena:quia tortus de ſe non confeſſus debet interrogari de
alijs, maxime de ſocijs, vt in l.repeti.§.is qui de ſe.ff eodem.
⁊ C.eodem.l.ſicut.in principio,⁊ C.de accuſa.l.fin.Et ſi de facto
ſuo interrogatus,vel ſine interrogatione dicat de facto aliorũ,

nõ ſtatur dicto eius, qđ fallit in caſibus, in quibꝰ de ſe cõfeſſus torquetur ⁊ de alijs interrogat̃. ſi tamẽ contra illos alia precedãt indicia. Primus caſus in quibuſdã latronibus. ⁊ maxime in his qui vt de ſe confeſſi torquendi ſunt, ⁊ interrogandi de conſocijs ⁊ mãdatoribus, ⁊ receptatoribus, vt ff. de cu. ⁊ exhib. reo. l. diuus Antonius ⁊ diuus Adrianus. ⁊ C. de fer. l. ſpe. Secũdus caſus, C. de fal. mo. l. j. Tertius eſt ff. de exhib. re. l. fi. Quartꝰ de maleſi. ⁊ mathe. l. fi. Quintus de ſeruo de nece domini in ſe confeſſo, vt torqueat̃ ⁊ interroget̃ quo mãdãte, ⁊c. ff. ad Silla. l. priꝰ. ⁊ l. ⁊ ſi certꝰ ſit percuſſor. ⁊ eſt ſpeciale, vt ſentit ibi apparatꝰ: vt ff. de q̃ſtio. d. l. repeti. §. is qui ſe. ⁊ ff. ad legem Aquil. l. proinde Neratiꝰ. §. ſed ⁊ ſi ſeruus. Et bene dixi, ſi aliqua precedũt indicia, q: aliter non debet interrogari de alijs: vt C. de queſtio. l. j. Item eius reſponſio non erit plena probatio contra illos quos inculpauerit, licet ſit aliqua preſumptio, vt in apparatu. d. l. fin. C. de accu. Sed nũquid propter iſtam talem preſumptionẽ poterũt iſti inculpati a torto poni ad tormẽta? Reſpõ. ꝙ ſic in dictis quinq; caſibus exceptis: arg. preallegate. l. nullus. ⁊ arg. ff. e. edictum. ⁊ l. j. §. cum quis latrones. ⁊ arg. ꝙ idem in alijs. ff. eo. l. j. §. diuus. Adrianus Calpur. in alijs vero non; vt C. de accu. l. fin. et ff. eo. l. is cui. Sed quid ſi perſona inculpata a torto, ſit homo male cõditionis, ⁊ fame, nũquid in alijs caſibus exceptis ſupraſcriptis actitatis poterit ſubijci queſtioni? Dic, ꝙ non de iure, eo q: non preceſſerunt indicia ſufficiẽtia, nec inculpatio eius facta a torto inducit indiciuꝫ, tamen interrogari debuerit: vt C. de accu. l. fi. ⁊ ff. de queſtio. l. is cui. ergo, quod inde ſequitur tanquam factum lege prohibente non valet, l. non dubium. C. de legib. tamen de conſuetudine videtur torqueri, pro qua facit ff. eod. l. j. §. diuus. Bar. Sed quid de queſtione quotidie occurrenti. Accuſatur quis de furto indicijs precedẽtibus ad illud furtũ, torquetur, ⁊ confitetur illud furtum, nunquid debeat procedi ad repetitionem torture vt indagetur et confiteatur de alijs furtis a ſe commiſſis, de quibus nulla habentur indicia? Dic, ꝙ non, iuris ſubtilitate, arg. eoꝝ que dicent̃. ĩ. proxima queſt. Pro iſta parte eſt etiam, quia quãtum ad iſta furta, pro quibus in ſpecie vel in genere nunc queritur, de nouo nulla procedunt indicia, ⁊ ſine indicijs nemo torquendus eſt: vt C. de fal. l. ſicut. ⁊ ff. de q̃ſtio. l. j. in princ. ⁊ l. maritus. ſed de generali conſuetudine Italie, quotidie ſeruamus contrarium, ⁊ ſpecialiter in furtis: q: magis frequentantur: que conſuetudo poteſt adiuuari, ff. de re mi. l. non omnes. §. a barbaris, ⁊ ff. de offic. preſi. l. congruit. Sed quid de queſtione que quotidie locũ habet, de aliquo ſemel habita queſtione ſine aliquo nouo accidenti, nũquid poteſt? Videtur ꝙ ſic, ff. eo. l. repeti. ⁊ l. nunc. §. j. que indiſtincte dicunt repeti poſſe. vbi lex nõ diſtinguit, nec nos. ff. de publicia. in rem act. l. de pretio. ⁊ l. j. §. generaliter. ff. de leg. preſtand. Tu dic, ꝙ non, ſine nouis indicijs, vt ſi tortus dixerat nullum illa nocte iacuiſſe, vbi maleficiũ fuerat commiſſum, poſtea inuentum eſt per teſtes, ꝙ alius ibi iacuit, certe hoc caſu repetitur queſtio per dictum indicium. Simile dicit Odof. ⁊ hec eſt communis opin. non tamen allegatur aliqua lex. Tu alleg. ff. de verb. ſigni. l. boues. §. hoc ſermone. ff. pro ſocio. l. ſocius pro filia. §. nec ſi prior. Aſſeſſores tamen honoris auidi hoc non ſeruant, imo quotidie repetunt queſtionẽ abſq; nouis indicijs quouſq; de obiectis criminibus audiãt veritatem. quorum opin. poteſt argumentis defenſari, vt in authen. vt iud. ſine quoquo ſuffra. §. oportet. ibi, iudices torquebũt fures ⁊ non prius quieſcant, ⁊c. Conſideret autem bonus iudex in queſtione repetenda, quomodo tortus etiam animi ⁊ corporis fortitudinem perdurauerit: vt ff. eod. l. vnius. §. reus. Quid ſi aliquis dum eſſet in tormentis nondum diceret, teneatis me in tormentis quantum vultis, quia ſi ſtarem vſq; ad decem annos nihil dicerem: quia in nihilo ſum pollutus de obiecto crimine, et ſic omnia diffitetur, nunquid ſtatim de tormentis eſt relaxãdus, ⁊ dimittendus ire vias ſuas? Certe non, ſed procedatur ad torturam cum temperie vel aſperitate, ſecundum conditionem criminis, et ſecũdũ conditionem criminoſi, ⁊ criminis qualitatem, ⁊ ſi cõfitetur, bene quidẽ: ſi aũt non, iudex debet eũ retinere in carceribus. ⁊ ſi noua aduenerint indicia poterit queſtionem repetere, ſi autem noua indicia non aderunt, tũc ſtatuet accuſatori competentem dilationem ad probandum: ⁊ ſi poterit conuinci, condemnabitur, alias non: vt ff. eod. l. ij. §. j. ⁊ eod. titu. l. vnius. Sed quid de queſtione de facto quotidie occurrenti, criminis indicia precedunt, per que iudex informatus, poteſt procedere ad torturam. Dicit reus iudici, Domine iudex, detis mihi defenſionem antequam ponatis ad torturam, quia ſum paratus incõtinenti arguere contra indicia contra me recepta, nunquid audiendus eſt ⁊ ſibi defenſio danda antequam reus torqueatur? Videtur, quod non, per l. iij. C. vbi ſe. vel cla. ibi, nec quas ante probationes iniurias patiatur, ⁊c. cum in illis perſonis in dignitate poſitis ſit ſpeciale, ergo videtur in ceteris: in contrarium erit ius commune. arg. ff. ad muni. l. j. in fi. nã primo actor probat ⁊ fundata intentione, reus opponit exceptiones, et defenſiones ſuas: vt C. de except. l. ſi quidẽ. ⁊ C. de pbat. l. exceptionem. et ſic primo debet fundari totaliter intentio actoris per teſtes, vel cõfeſſionem rei, antequã audiatur in ſua defenſione, vel exceptione reus. Tu dic, ꝙ contrarium eſt verũ, ſcilicet quod primo ſit danda defenſio antequam torqueatur, maxime quando eſt crimen tale, quo probato non debet ad torturam procedi: et hoc illa ratione, quia a citatione, vel interlocutione facta a iudice quod quis torqueatur, appellatur, vt ff. de appella. recip. l. ij. que incip. ante ſententiam. Et eſt ratio conſideranda, quare a tali interlocutoria permiſſum eſt appellare, nam ſi defenſio tolleretur propter torturam non poſſet poſtea recuperari detrimentum membrorum vt d. l. ante ſententiam. nam etiam quandoque deficere ſolent in queſtione. ff. de pen. l. aut damnum. §. j. Preterea confeſſo datur ſua defenſio: vt C. de cuſto. ⁊ exhib. reo. l. ij. multo magis huic non denegabitur. Preterea videmus, quod iam damnato et confeſſione facta in tormentis ⁊ perſeuerãti princeps ſubuenit etiam poſt ſententiam, defenſionem ſue innocentie concedendo ac ſententiam retractando, ſi conſtiterit de innocentia condẽnati: vt ff. eod. l. j. §. ſi quis vltro. Si igitur iam confeſſo ⁊ condẽnato conceditur defenſionis facultas, tanto fortius ante tormẽta denegari non debet. Cum enim quod eſt plus conceditur, non debet denegari, quod eſt minus: vt dicit regula iuris. c. cum licet. de reg. iur. li. vj. Quid plura? legitur in iure expreſſe, quod quocunq; tempore iudicij reo petẽti defenſio dãda eſt. l. vnius. ibi, quocunq; tempore poſtulante reo, ⁊c. Sed quid de queſtione, quam ſepe vidimus de facto. Teſtis fuit tortus ⁊ in tortura confeſſus: nunc ante ſententiam dicit ſe erraſſe nunquid poterit reuocare errorem ſuum? Reſpon. aut eſt error facti, aut iuris: primo caſu poteſt vſque ad ſententiam. Et eſt ratio, quia non videtur fateri vt ſupra de confeſſis. l. ij. in princip. Item talis error non ſolet vſq; ad ſententiã obeſſe: vt C. de iuris ⁊ facti ignorantia. l. error. ⁊ facit optime C. quorũ appel. non reci. l. ij. Nã cõdemnato ⁊ confeſſo in tormentis ſubuenitur, errorem ſuum ſiue ignorantiam docere volenti, ⁊ ſi oſtenderit, abſoluitur: vt ff. de queſtionib. l. j. §. ſi quis vltro. multo fortius debet iſte audiri, et errorem ſuum corrigere ante ſententiam. Item iſte non perſeuerauit in confeſſione, ex quo non expectauit ſententiam. Item confeſſus formidine tormentorum habitorum: vt C. quorum appel. non recip. l. ij. Si in iure errauit, tunc non poteſt venire contra confeſſionem: vt d. l. errorem. Sed quid ſi aliquis confeſſus eſt in tormentis ⁊ non perſeuerauerit, nunquid ex tali confeſſione apparebit ſemiplena probatio? Videtur quod ſic, vt in apparatu. l. ij. C. de cuſto. ⁊ exhib. reo. ⁊ ff. de queſtioni. l. j. §. diuus Seuerus. qui §. intelligitur in confeſſione torti, in qua non extitit perſeueratũ. Vel dic ⁊ forte verius, qđ ibi perſeueratũ eſt, tamẽ talis cõfeſſis nec plenam nec ſemiplenam probationẽ inducit, qm̃ nullo modo confiteri, ⁊ cõfiteri formidine tormentorum paribus paſſibus ambulant, C. quorum appel. non recip. l. ij. Sed quid ſi al quis eſt tortus, nullis, vel non legitimis indicijs pro

5 cedẽtibus? Dic, quod non, quantũcunq; perſeuerauerit in ea, vt eſt expreſſum. ff. eod. l. diuus. §. ex quibus. ⁊ l. maritus. ⁊ l. pe. ſecũdũ vnam lectu. ⁊ argu. C. ſi ex fal. inſtru. l. iij. ⁊ iiij. Preterea hoc eſt de ſubſtantiali ſolemnitate habẽde queſtionis quod indicia precedant legitima, alias quis torqueri non poteſt cum a tormentis non ſit inchoandum: vt ff. eod. l. j. ij. ⁊ iij. ⁊ l. maritus. ⁊ C. eod. l. milites. quo deficiente, quicquid ſequitur, nullum videtur ipſo iure, l. non dubium. C. de legi. ⁊ C. de fide inſtr. l. prima libro decimo. ⁊ ff. de in integrum reſtitut. l. diuus. C. de appella. l. nominationibus. cum ſimil. ¶ Dictum eſt ſupra, quod ex confeſſione in tormentis facta non preiudicatur, niſi in ea perſeueratum ſit ſed eſt queſtio que dicatur in tormẽtis facta? Reſpon. facta in ipſis tormentis eſt cum ad pedem torture ducitur ligatis manibus, ⁊ terror inducitur a iudice ꝙ niſi cõfiteatur incontinenti ſubijci eum queſtioni. Certe non tenet talis confeſſio niſi in ea fuerit perſeueratus, quia lex equiparat confeſſionem factam in tormentis, ⁊ extortam formidine tormentorum ⁊ eſt notabile quod ibi dicit de formidine tormentorum, non autem dicit, in tormentis, quod ibidem ſentit gloſſ. et argumen. ff. de iniurijs. l. item apud Labeonem. §. adijcitur. ibi, nuda ergo interrogatio. vel leuis territio. ⁊c. ibi, vel leuis fictio, ⁊c. ergo a cõtrario ſenſu non leuis territio habetur pro ipſa tortura. Et accedat quod legitur, quod ſufficit terror armorum, ſi quis vius non ſit: vt ff. de vi ⁊ vi armata. l. ⁊ idem. §. ſi armati. Et equipollentia ſunt, hominem gladio percutere, ⁊ ſtringere: vt ff. ad legem Corneliam de ſica. l. j. §. diuus. et facit ff. ex quib. cau. maio. l. ij. ⁊ C. quod met. cau. l. metum. Sed quid de queſt. iſta, continetur in ſtatuto ciuitatis quod quis nõ poſſit torqueri, niſi in certis caſibus. Poteſt honoris auidus, extra illos caſus conceſſos

ſos per ſtatutum, velit eruere veritatem criminis, non tamē vult ponere ad torturam, ne incidat in penam ſtatuti, ſed ipſe precepit eum detineri in turri vel alio loco, denegando ei alimenta quouſque confiteatur, vel in hyeme facit eum ſtare ſpoliatum omnibus ſuis pannis nunquid videtur eum ponere queſtioni, ⁊ dicamus eum incidere in penam ſtatuti? Et dic quod ſic, vt ff. đ iniurijs. l. item apud. §. queſtionem. ibi, malam manſionem, ⁊c. Sed quid ſi extra locum torture vel circa tribunal vbi ius redditur dixit iudex, aut confitearis, aut ducam te ad torturam, ⁊ torquebo te nunquid confeſſio facta dicetur facta formidine tormētorum? Et dic quod non: quia levis territio, ⁊c. d. l. itē apud Labeonem. §. queſtionem. ⁊ ff. quod met. cau. l. metum. ſecundo reſponſo. Terrorem autem queſtionis probabilem, vere torture preſenti ⁊ inſtanti, comparandum accipere debemus, ſicut de metu inſtantis cruciatus dicimus, vt ff. quod metus cau. l. metū ſecundo reſponſo. Levis autem territio, extra locum torture facta, eſt deluſoria, ff. ſi cui pluſquam per legem Falcid. l. hec ſatiſdatio. Dictum eſt ſupra, quod confeſſio formidine tormentorum facta non habetur pro explorato facinore, niſi ſit perſeveratum. Quero in quo loco ducendus eſt reus ad perſeverandum? Reſpon. apud acta, vel etiam in aliquo loco publico extra conſuetudinem torture. Et ita videmus expertos defenſores in perſeverantia vocare teſtes ⁊ ſub publico teſtimonio ſcribi faciunt, talis tali die perſeverauit, ⁊ confirmauit, ⁊c. in preſentia talium teſtium, ⁊c. ⁊ benefaciunt, per l. ſecundam. C. de cuſt. reor. ibi, ſub publico teſtimonio, ⁊c. Sed quantum tempus erit intermedium a die confeſſionis torti, ad diem reductionis ad perſeverandum? Reſpond. hoc lege aliqua non determinatur, vt dicta l. ij. C. de cuſt. reo. ibi, poſtmodum eductus ⁊c. dicit, quod ſit illud modicum tempus: ſed poteſt dici, quod ſit arbitrio iudicis, conſiderata qualitate perſonarum, ⁊ enormitate criminis vel levitate. cū enim tempus a iure non prefigitur, iudicis poteſtati committitur, vt ff. de iure deliber. l. prim. ⁊ ff. de penis. l. hodie. ⁊ ff. de effrac. l. prima. Quero, qui debeant queſtioni intereſſe? Reſpōdeo vt ff. de adul. l. ſi poſtulaverit. §. queſtioni. In ſecreto autem recipiet dictum ſuum, cum teſtis ſimilitudinem habeat teſtis, ff. eod. l. prima. §. Imperator. Nunquid liber homo poteſt torqueri. Videtur quod non, quia quaſi totus ille titu. C. ⁊ ff. tantū de torto ſeruo loquitur. Tu dic quod liberi homines poſſunt torqueri non ſolum in alios, vt. ff. eod. l. ex libero j. reſpōſ. ⁊ l. vnius. §. teſtes. ⁊ C. de abo. l. fallaciter. §. qđ ſi ingenuorū. ⁊. C. de aſſeſſo. l. nullus. ff. eodem. ⁊ leg. diuus. ff. de cuſto reorum. Sed etiam in ſeipſos qñ deferuntur ex aliquo crimine. C. de aboli. l. fallaciter. ⁊ C. ex quibus cau. infa irrog. l. nullam. ⁊ alias ibi de hoc, ⁊ C de falſ. l. ſicut. ⁊ ff. de re militari. l. proditores qđ liber homo poſſit torqueri, argumē. eſt l. ſi quis decurio. C. de fal. vbi torquetur decurio, ⁊ alius nō poteſt eſſe decurio quā liber homo, vt ff. de decu. l. Seuerus. ⁊ ita etiā ſeruat generalis conſuetudo, vt Azo dicit. C. in ſūma huius tit. in §. torqueri. Itē quero, puerilis tamen queſtio eſt, nunquid authentica ⁊ principalis perſona accuſata debet poni, vel ſubijci tormentis, ad veritatem eruendā? Videtur qđ nō: q2 pretor tractando de queſtionibus, C. ⁊ ff. ponit tantum de tortura ſeruorum. ¶ Sed tu dic quod ipſe principales perſone ſunt queſtioni ſubijciende. C. de queſtionibus. l. iij. ⁊ ff. eo. l. prim. §. diuus. ⁊ §. ſi quis vltro. ⁊ l. vnius. ⁊ ff. de re militari. lege, proditores. precedere tamen debent indicia veriſimilia, ex quibus obiecti criminis reus ex preſumptione culpe iudicis animus informatur, vt ſupra dixi, ⁊ facit C. eodem. lege milites. §. oportet. ⁊ C. de falſ. lege, ſicut. Quid ſi iudex in torquendo adeo modum excedit, quod tortus in queſtione defecerit vel membrum debilitatum eſt, an teneatur, ⁊ quo iure, queritur? Et quid teneatur, dicitur expreſſe ff. de iniurijs. lege, item apud Labeonem. §. queſtionem. ibi, ſed ⁊ ſi iuſſu ⁊c. Sic enim torquēdus eſt reus, vt innocentie vel ſupplicio ſaluus ſit, lege queſtionis modum. ff. de queſtionib. Et quod teneatur facit ff. ſolut. matrimon. lege, ſi conſtante. §. ſi maritus, ⁊ ff. de his, qui ſunt ſui vel alieni iuris, lege ſecunda. §. dominorum. et melius ff. ad legem Aquiliam. lege ſecunda. ⁊ l. ſed ⁊ ſi quemcunque. §. ſi magiſter. ff. de vſufruct. lege, locum autem religioſum. §. fin. ff. de pignoratitia actio. lege, eleganter. §. plene. Nec prodeſt ſibi tanquam iudex hoc fecerit cum deliquerit. Nam omne maleficium preſumimus praue actum. lege, ſi non conuicij. C. de iniurijs. ⁊ de ſica. l. prima. Preterea ſi propinquus in corrigendo propinquū, modū exceſſerit, tenetur. C. de emend. propin. lege prima ⁊ ſecūda, nec iudicem excuſat officium: quia ſicut priuatus, ita et magiſtratus quid illicitum facere non debet, lege, nec magiſtratibus. ff. de iniur. Econtra videtur quod non tenetur, quia hoc iudex cauſa eruende veritatis facit, ſuum exequendo officium. non animo interficiendi vel debilitandi, qui non debet teneri. Nemo enim videtur delinquere, niſi animum malignum ad hoc habuerit ff. de verborum ſignificat. l. ſepe. in fin. voluntas enim ⁊ propoſitum diſtinguunt maleficia, vt l. qui iniurie. ff. de fur. in principio, ⁊ facit ff. de verborum ſignificatio. ⁊ de acquirenda poſſeſſion. l. qui iure familiaritatis. ⁊ alibi ſcriptum eſt, tunc crimen contrahitur cum voluntas nocendi interuenit, vt C. ad legem Cornel. de ſica. l. prima. ⁊ facit de liber. hom. exhiben. l. iij. §. primo. Preſumit enim princeps bonum de officialibus ſuis niſi manifeſte contrarium doceatur. ff. de offic. prefect. pret. l. prima. ad fin. Nam creditor res obligatas auferendo, non preſumitur deliquiſſe: quia notabilis eſt pro eo preſumptio, ff. de fur. l. cum creditorem. Sic a ſimili, in propoſito preſumitur iudex ſuū officium exercendo feciſſe, non cauſa nocendi, ff. de iniu. l. iniurie. §. primo. Et ſi aliquam culpam in excedendo modum torquendo habuit, videtur tamen non teneri lege Cornelia de ſica. quia in delictis lata culpa non equiparatur dolo, vt l. in lege ff. ad legē Corneliā de ſicarijs. Item cauſa, ob quam aliquid ſit, eſt conſideranda, vt ſeruetur quod alias eſſet verecundum: ſed officij neceſſitas impunitum ſuadet remanere, quod alias coerceri debet, ff. de his, quibus vt indignis. lege, poſt legatum. ⁊ lege, tutorem. Preterea, ſi non apparet quo animo facit, preſumendum eſt potius ob zelum iuſtitie, ⁊ ex vigore officij hoc facere quam aliquo malo conſilio, vt ff. de bonis dam. l. ſecunda. §. ſi publicanus, ⁊ argumen. C. de acquiren. poſſeſſio. l. minus inſtructus. ff. pro ſoc. l. merito. Accedit ad idem aliud argumen. aſſumptum ex l. ſecunda. ad fin. C de his, qui accuſ. non poſſ. Tutor ex officio de falſo accuſans producentem inſtrumentum contra pupillum ſi non probat non preſumitur calumniandi animo accuſationem inſtituiſſe niſi euidenter probetur, ⁊ tamen alias qui non probat, calumniari preſumitur eo ipſo quod non probat. C. de aduoca. diuer. iud. l. prima. Solu. diſtinguitur ſic a quibuſdam, ſi apparet quod ex voluntate facit, de dolo tenetur: ſi caſu ⁊ abſque culpa, nullo modo tenetur, ſi autem cum aliqua culpa in excedendo modum, non puto teneri. C. de emē. ſeruo. l. prima. ⁊ bona eſt argumentatio de dominica poteſtate ad poteſtatem pretoris, ff. de verborum ſignification. l. poteſtatis. In hoc tertio membro, ſcilicet, in modo excedendo, ⁊c. dicit dominus Guido de Suzar. ſi iudex modum excedendo, hominem interemit in queſtione, vel debilitauit, tenetur, quia ſtatim vt exceſſit modum, ſingitur non iudex, ſed priuatus: ſic tutor non recte adminiſtrando ſingitur non tutor ⁊ tenetur tanquam quilibet, vt ff. pro empto. l. qui fundum. §. ſi tutor. cum ſi. ⁊ arg. C. de epiſ. ⁊ cle. l. generaliter. Quid plura? poteſt dici ꝙ caſus eſt ff. de iniur. l. item apud. §. queſtionē ad ſi. ⁊ §. ſi iuſſu. ⁊ vide Cy. ī l. Gracchus. C. de adulter. ¶ Sed quid ſi eſt probatum maleficium per vnum teſtem de veritate, nunquid ſufficiens erit indicium ad torturam habendam? Videtur quod non. ff. de queſtio. l. maritus. vbi propter dictum vnius teſtis non fuit ad queſtionem proceſſum. Preterea, dictum vnius teſtis non inducit indicium ſufficiens ſeu preſumptionez, vt ff. de dote prele. l. Theopompus. ff. quemadmod. teſtamen. aper. l. prima. §. finali. ⁊ iura quaſi omnia tractantia de indicijs, que requiruntur ad queſtion. habendam loquuntur in plurali, ſcilicet, indicia debere, precedere, non autem dicunt indicium. ff eodem. l. prima. ſecundo reſponſo, ibi, ⁊ alijs argumen. ⁊c. ⁊ l. vnius. §. in ea cauſa, ibi, nullis reus argumentis. ⁊ l. finali. C. eodem. ⁊ l. milites. C. de fal. l. ij. ſicut ⁊ pluralis locutio ſingulari numero non acquieſcit, vt ff. de manumiſ. teſt. l. libertas que. §. fina. Sed his non obſtantibus. dico vnum teſtem deponentē debere ſufficere ad habendam torturam, vt no. Azo in ſumma huius tituli, in §. indicium autem. ⁊ no. in l. ſi quis alicui. C. ad l. Jul. maieſt. in gl. ordi. Non obſtat d. l. maritus. quia ibi nō fuit tortus propter dictum vnius teſtis, quia iſte, qui perhibuit ibi teſtimonium, erat familiaris producentis, ⁊ ideo dictum ſuum non fuit tanti effectus ꝙ faceret indicium. Non obſtant alia iura in contrarium alleg. in quibus pluraliter de indicijs habetur mentio. quia illa pluralitas inſpecto communi vſu loquendi, reſoluitur in ſingularitatem, vt ff. de ver. ſig. l. nō eſt ſine lib. ⁊ ff. de neg. geſt. l. ait ꝑtor. §. negocia. de orig. iur. l. ij. §. exactis. ⁊ de cond. ⁊ dem. l. falſa. §. fina. ¶ Sed quid ſi maleficium probatur per famam tantum poterit ne procedi ad tormēta? Videtur qđ ſic, q2 probatio fame equiparatur probationi vnius teſtis, vt ff. de teſt. l. iij. §. eiuſdem. vt ibi in apparatu. In proxima etiā queſt. dictū eſt, indiciū vnius teſtis ſufficere ad queſtionem habendam: Tu dic, ꝙ non: quia fama per ſe non probat, ſed inducit quoddam modo quoddam indicium ad cōſummandas ſeu coadunandas alias probationes. vt d. l. iij. §. eiuſdem. vbi confirmat id de quo agitur, non tamen per ſe facit validū indicium. Eſt enim fama res fragilis ⁊ periculoſa. l. j. §. diuus Adrianus. ff. eod. ⁊ vt plurimum per aures malignantium artificioſe tranſmiſſa. ff. de heredib. inſtituen. ⁊ argum. C. de pen. l. decurionum. ⁊ argument. ff. de officio rector.

pꝛouin.l.iuſtiſſimos.ibi nam ſi vere voces ſint,nec ad libidinē
per clientelas effuſe diligēter inueſtigabimus,ꝛc.Nō enim que
libet indicia ſunt ſufficientia ad torturam vt ſupꝛa dixi in pꝛinc.
notabiliū.Sed ſi pꝛobatur cum fama aliquod indicium contra
accuſatum:vt puta per dictum vnius teſtis, quod quidem facit
indicium,vt d.l.Theopompus.veluti accuſatum fuiſſe inimici
interfecti, vel alias ei infenſum ,de inimico hoc pꝛeſumitur eſſe
malum.ff.de teſtib.l.iij.in pꝛin.ꝛ ff.eod.l.j.§.pꝛeterea. Item ſi ſe
iactaſſet malefactoꝛ de maleficio committendo.nam talis iacta-
tio inducit indicium cōtra talem, qui ſic ſe iactat ꝙ maleficium
pꝛimo commiſerit.conſiderata qualitate perſone. Pꝛo quo face
re videtur.l.j.in fin.C.ſi quis imper.maledixe.ꝛ C.qđ met cau.l.
metum.ꝛ ff.quod met.cau.l.iij.tu alleg.melioꝛem tex.ff.ad l. Jul.
maie.l.famoſi.ibi,ꝛ an quid fecerit ꝛ an cogitauerit.ꝛ ff. đ ſupel.
leg.l.Labeo.ibi,ceterū nemo. Itē ſi accuſatus viſus eſt fugere
de loco vbi maleficium eſt cōmiſſum.Nā fuga accuſat fugiētem,
vt in auth.de exhib.ꝛ introdu.re.§.ſin vero etiam quidam iurēt
ꝛ in auth.de ſanct.epi.§.ſi quis autē ad monaſticā.verſic.ꝛ ſi in-
tra trienniū,ꝛc. Itē ſi conſiliarius depoſito officio ſe abſentat,
pꝛo cōfeſſo habetur vt C.đ aſſeſſo.l.cōſiliarios.ff.de ſuſpec.tut.
l.impuberibus.§.pꝛeterea.Item eſt indicium ſi is,contra quem
fama laboꝛat,eſt pꝛaue conditionis homo: quia talia facere cō-
ſueuit,vt ff.eo.l.de minoꝛe.§.toꝛmenta.ibi,vel cuius exiſtimatio
nis.ꝛ ff.de accu.l.ſi cui⁹.§.iiſdem. Itē ſi aliquod aliud fuerit indi-
cium ꝙ quilibet curioſus iudex poterit per ſe facile perpēdere
ſecundum facti qualitatem,ꝛ perſonarum varietatem,tūc enim
cum adeſt aliquod de pꝛedictis indiciis,vel aliis ſimilibus,ꝛ fa
ma pꝛobatur,bene poterit ad toꝛmenta pꝛocedere:quia fama ſi-
mul cum aliquo alio indicio multum facit eſſe ſufficiens iudiciū
ad habendam torturam,quāuis fama per ſe non ſufficiat. Sed
quid ſi pꝛedictas non habeat pꝛeſumptiones: Dicunt quidā,
ꝙ arbitrio eius committitur,quod nil aliud eſt quam ꝙ bona fi-
de pꝛocedat,ſecundū quod eius conſcientia melius dictauerit.
Dura tamen mihi videtur illa ſententia,cum arbitriū defectum
indicii ſine pꝛobatione indicii non videatur poſſe ſupplere. Eſt
enim de iuris authoꝛitate ſiue ſolēnitate ꝙ legitima indicia toꝛ
turam pꝛecedere opoꝛtet,ꝛ hoc iudicis arbitrio non videtur cō-
miſſum:qꝛ facti queſtio eſt in poteſtate iudicis , non autē iuris.
ff.ad muni.l.oꝛdine decurionū.§.j.Sed quid ſi continetur in ſta
tuto ciuitatis,ꝙ nō poſſit quis poni ad torturā niſi habite fue
rint contra eum pꝛeſumptiones euidentes,ꝛ magna indicia vn
de queritur,que dicūtur iſte euidētes pꝛeſumptiones,ꝛ magna
indicia, Reſpon.magna indicia ſunt, que ſunt aliquanto minus
indubitata,ꝛ plus indiciis ſimplicib⁹ ex quibus pꝛoceditur ad
torturam,vt dictum eſt.nam ꝛ alia dicuntur manifeſta argumen
ta.Sed quid ſi cōtinetur ſtatuto quod nemo poſſit torqueri,ni-
ſi indicia indubitata pꝛeceſſerint,ꝙ erit exemplum de indubita
tis indiciis.Exemplum eſt ſi quedam camera habens vnū adi-
tum ꝛ exitum tantum, ꝛ non plures,ꝛ exit de camera quidā pal-
lidus ꝛ trepidans,cum gladio ſanguinolento in manu, ꝛ ſtatim
poſt eius exitum inuenitur homo recenter occiſus in d.camera.
Certe iſta ſunt ad pꝛobationem maleficii indicia indubitata , ex
quibus non ſolum ad torturam,ſed ad condemnationē,ꝛ ad pe
ne impoſitionem poteſt pꝛocedi.ꝛ ita intelligitur l.ſciant cūcti.
C.de pꝛob.ibi,vel indiciis ad pꝛobationē indubitatis ꝛ luce cla
rioꝛbus.Et no.diſiunctiuam,vel.eſt enim palliditas ſiue trepi-
ditas verum indicium contra eum , vt ff.eodem.l.de minoꝛe.§.
toꝛmenta.verſi.nam ex ſermone,ꝛc.delatio gladii, ꝛ nudi pꝛeſer
tim.eſt aliud indicium nam de poꝛtantibus arma malum pꝛeſu-
mitur,ꝛc.C.de armo.vſu.l.j ꝛ in auth.de man.pꝛin.§.vltim. Itē
quia gladius erat ſanguinolentus, eſt aliud indicium, homine
enim occiſo gladius ſolet eſſe ſanguinolentus, nam ex qualitate
facti coniectura accipitur,ſic ꝛ alias dicitur de don.int.virum, ꝛ
vxo.l.vir vxoꝛi pecuniam. raro tamen contingunt talia indicia.
Eſt ꝛ aliud indicium extraoꝛdinarium ad pꝛobationem indubi-
tatā,ꝛ iſtud ſepius cōtingere poteſt.pone occiditur Titius in
aliqua vinea,vel fundo,accuſatur de hoc Seius,ſed de viſu,nul
li teſtes deponūt quod viderint Seium hoc crimen cōmittere,
ſed pꝛobant iſta contra Seium quod ipſe Seius erat inimicus
Titii. Item pꝛobatur per teſtes,ꝙ ipſi,quod viderunt Seiū ad
mouentem gladium contra Titium. Item pꝛobant quod tunc
ipſe Seius aufugit tempoꝛe maleficii perpetrati. Item pꝛobāt
per famam ꝛ vocem publicam quod Seius Titium interfecit.
Certe iſta quatuoꝛ ſimul iuncta,quamuis ſingularia per ſe non
ſufficerent,ſunt ſufficiētia indicia , ꝛ indubitate pꝛeſumptiones
non ſolum ad torturam,ſed etiam ad condemnationem, ꝛ ſic po-
teſt intelligi d.l.ſciant.C.de pꝛob. Et item aliud exemplū de in-
diciis,ſeu pꝛeſumptionibus indubitatis, Defertur Seius ꝙ fe
cit occidi Titium.non ſunt qui dicant hoc vidiſſe,tamen pꝛobā-
tur iſta indicia, Pꝛimum ꝙ Seius erat inimicus Titii. Item,
quod dictus Seius perpetrato homicidio receptauit homici
dam. Itē,quod homicida erat domeſticus,ꝛ familiaris ei. Itē
ꝙ fama eſt,quod Seius fecit occidi Titiū,ꝛ ꝙ ſe iactauit, ꝙ fa-
ceret ipſū Seium occidi.ꝛ eſt homo de quo eſt veriſimile ꝙ ta-
lia faceret. Item quod olim alique offenſiones fuerūt inter eos
Iſta indicia ſimul iuncta videntur nedum ad torturam, ſed ad
condemnationem ſufficientia ꝛ indubitata indicia , ꝛ ita poteſt
exemplificari d.l.ſciant cuncti.C.de pꝛob. nec mirum ſi plura ſi-
mul iuncta,quoꝛum quodlibet per ſe non ſufficit ad indiciū du-
bitatum plene pꝛobandum valeant. Nam in hoc iure plene ha-
betur expꝛeſſe,vt in auth.de fide inſtru.§.ſi vero nullus hoꝛum
ſit. Duo enim vel plura imperfecta cōſtituunt vnum perfectū,
vt C.de agric.ꝛ cenſi.l.cum ſcimus.in pꝛinc.lib.xj.ꝛ que nō pro-
ſunt ſingula,multa iuuāt,extra de teſtib.c.pꝛeterea.ꝛ C.đ teſta.
l.ſancimus.ad ſi.ꝛ de hoc arg.ꝛ in apparatu.ff de execu.tuto.l.ſi.
in fine.j.reſpon. Quid plura: Reperitur in iure quod ipſa cauſa
criminalis per argu.ꝛ per pꝛeſumptiones cognoſcitur,ꝛ termi-
natur,licet delictum liquidum pꝛobari non poſſit.l.nō omnes.
§.a barbaris.ff.de re mili.ꝛ ibi,ſed ſi hoc liquido cōſtare nō poſ-
ſit,argumentis tamen cognoſcendum eſt,ꝛ tamen capitalis cau-
ſa ibi agitur vt eo.tit.l.deſertoꝛē.§.his qui ad hoſtes, ꝛ facit in
auth.vt liceat matri ꝛ aue.§.illud. Curioſus autē iudex multa
alia poſſet adinuenire exempla de indiciis ad pꝛobationem in-
dubitatam. Dictum eſt ſupꝛa,quod milites non toꝛquentur.ſed
quid de militibus noſtri tempoꝛis, poterunt ne ſubiici queſtio-
b ni: Dic quod ſic.eo ꝙ in aſſumptione militie non interuenit
in eis multa,nec obſeruent ea,que veri milites obſeruare debēt,
vnde militaribus pꝛiuilegiis gaudere non debent, vt in authē.
de mandatis pꝛincipum.§.vlt.ꝛ ibi,in glo.in verb.ſi quidem,in
fin.ibi,ꝛ in talibus militibus,ꝛc. Nam ꝛ ſi quis obſeruatis non
obſeruandis fabricenſis efficiatur habetur pꝛo non fabricenſi ꝛ
ſibi fabricenſia pꝛiuilegia denegantur,ꝛ facit l.ſi quis conſoꝛtii.
de fabꝛ.lib.xij.ꝛ C.de epiſ.ꝛ cler.l.generaliter.§.eos tamen cleri
cos.ꝛ facit l.nominationes. de appella. Nam videtur etiam ꝙ
milites in quibuſdam criminibus torqueantur,l.pꝛoditoꝛes.ff.
de re milit. Pꝛeſbyteri quidem non toꝛquētur clerici autem ſic
iure ciuili,C.de epiſc.ꝛ cler.l.pꝛeſbyteri citra iniuriam. ꝛ no.in l.
fallaciter.in gloſſ.in ver.vexata.ꝛ C.de abo. hodie ſecundum iu-
ra nouiſ.ſecus,per conſtitutionem Federici,ad decus ꝛ decoꝛē.
de ſtatut.ꝛ conſtitutionib.contra lib.eccleſ.edit.que eſt j.extra-
uag.poſt feud poſi. Pꝛeterea ſi militibus terreſtribus eſt con-
ceſſa immunitas,vt non toꝛqueātur,multomagis celeſtibus,vt
C.de epiſ.ꝛ cle.l.ſacroſancte.Bar. Quid de iudicibus ſiue aduo
catis nunquid poſſint toꝛqueri. Videtur,ꝙ nō poſſint ſicut nec
veri milites. Militant enim patroni cauſarum vt C.de aduo.
di.iud.l.aduocati. Pꝛeterea,ſicut militātibus conceſſum eſt vt
condemnati non teneantur,niſi inquātum facere poſſunt,ita
patronis cauſarum vt ff.de re iudica.l.milites.j.reſpon.in ap-
parato. Econtra,videtur ꝙ poſſint toꝛqueri,quia nulla lege ca-
uetur quod iudices , ſiue aduocati ſint immunes a toꝛtura. Sol.
Dic ꝙ de iure non debent toꝛqueri,arg.d.l.aduocati.ſed de con
ſuetudine (que eſt optima legū interpꝛes) ſeruatur aliud. Su-
pꝛa dictum eſt,ꝙ decuriones non poſſunt toꝛqueri,ſed quid de
conſiliariis ciuitatis noſtri tempoꝛis. Dic ꝙ de iuris ſubtilita-
te non debent toꝛqueri,quia cuiuſque ciuitatis conſiliarii dicun
tur decuriones,vt ff.quod cuiuſ.vni.l.nullus.§.decuriones. de
generali tamen conſuetudine ſemper ſeruatur contrarium. De-
nium quero nūquid diebus dominicis ꝛ aliis nonundinis poſ-
ſint homines toꝛqueri. Reſpon.nō,vt no.C.de fer.l.dies feſtos.

ADDITIO.

Th.Dip. ¶ Tractatus do.Bar. Aduertendum puto,ꝙ aliqui
attribuunt iſtum tractatum domino Andr.de Piſis.ꝛ ita in xj.
volum.conſi.diuer.doct.in char.clxxviij.attribuitur,in c.de que-
ſtionibus tractatus,videdum eſt.tamen ille tractatus in aliqui-
bus eſt diuerſus ab iſto. Aliqui etiam attribuunt Dyno,ſz cla-
rum eſt,ꝙ Dyn.compoſuit tract de queſtionib.pꝛout alleg.do.
Alex.in l.j §.ſi ſeruus.ff.de queſtionib.in addi.Bar ꝛ ibi etiā
leg.Bar.in iſto trac.tamē iſte tractatus non eſt Dyn.quia plu-
ries alleg.Dy.in iſto trac.ꝛ maxime circa fi.ꝛ in lib.Alb.de Gā-
dino,maleficioꝛū in rubꝛ.de queſt.ꝛ toꝛmētis.v.vol. Aliqui etiā
dicūt,ꝙ Angel.de Eubaldis cōpoſuit iſtū tracta.ſecūdū Alex.
de Imo.in l.qui aliena.§.celſus.i ſi.ff.de acqui.here.vbi dicit,ꝙ
iſte tract.nō eſt Bar.ſed Angel.licet attribuatur Bar.quia nō eſt
ſtylus eius,tū Ang.cōpoſuit etiam ipſe trac.de queſtionibus.ꝛ
ipſum alle.Alex.in d.l.j.§.ſi ſeruus.ff.de queſt.ꝛ ibi alle.bart.in
iſto trac.ꝛ ſic eſt diuerſus ab iſto. Aliqui etiā dicūt vt do.Aug.
de Arimino in addi.tract.maleficioꝛū Ang.de Are.in verbo fa-
ma publica.in vij.co.que incipit tu autē in hac materia quod iſte
tract.non eſt bar.ſed do.Alber.de Gandino,vbi dicit,quod eſt
de verbo

de verbo ad verbum, vna ſyllaba nō detracta, in operibus Gādini in rubr. de queſtiomb. ⁊ tormē. ⁊ male fecit Angel. de Areti. allegare Bar. in iſto tracta. Sed in rei veritate iſte tracta. eſt Bar. vt infra dicam. Nec obſt. ratio do. Augu. vbi dicit. qđ iſte tracta. eſt inſertus in opere Gandini, ⁊ ꝙ qui inſeruit male fecit ex quo non eſt opus do. Alb. Gandini, ⁊ ꝙ ſit verum apparet: q: in dicto opere in rubr. de queſtionib. ⁊ tormē. in ver. ſed quid ſi iudex. in fin. alleg. Cyn. in l. Gracchus. C. de adul. & cōſtat autē Cyn. fuiſſe per multa tēpora poſt do Albertum, ⁊ ideo male d. Aug. reprehendit Angel. de Are. Alij autem dicunt, quod iſte tracta. eſt Guidonis de Suzaria ⁊ eſt inſertus in tract. de ordine maleficiorum, ⁊c. in v. parte, in rubr de modo in tortura ſeruādo. Cui etiam fecit additiones de anno domini, Mccccxxxvij. do. Ludoui. Bologni. Bononien. tamen in rei veritate non eſt do. Guidōis, per rationes ſ. allega. ⁊ dom. Guido fuit ante do. Alber. de Gandino per multa tempora. Concludo ergo, qđ iſte tractatus eſt domi. Bar. a Saxoferra. ⁊ ita pro tractatu Bart. alleg. domi. Angel. de Aret. in ſuo libr. maleficiorum in verſi fama publica. ⁊ domin. Alexan. in conſil. j. in primo volum. incip. in cauſa inquiſitionis formate. qđ eſt duplicatum in conſil. xciij. in eod. volu. vbi etiam dicit, quod Barto. compoſuit iſtum tractatū licet aliquando dubitauerim, an fuerit ab eo editus, ⁊ etiā pro tractat. Bar. allegat idem Alexād. in dicta l. prima. § ſi ſeruus. ⁊ in §. diuus Seuerus. ff de queſtionibus. ⁊ in lege, vnius. §. reus. ⁊ in l. qui fine. ⁊ in l. final. ff. eod. titul. ⁊ in l. milites. C. de queſtionib. in additionibus ⁊ appoſtillis Bar. ⁊ in conſilio primo. in ij. volu. incip. viſo. proceſſu inquiſitionis formate. vbi alleg. Bart. in iſto tract. ⁊ dicit, ꝙ incipit, de queſtionibus plenius tractaturi, ⁊ ita incipit ⁊ idē Alexād. in l. cēturio. ff. de vul. ⁊ pupil. vbi allegat. Bar. in iſto tracta. ⁊ dicit, qđ ſibi attribuit, ⁊ pro tractatu Bar. allegat etiā dominus Paris de Puteo in ſuo tract. de ſyndicatu. multis in locis. Ex quibus ſequitur qđ iſte tractatus eſt Bar. ex quo etiam tanti doc. eum alleg. ego in libris antiquiſſimis manu ſcriptis ⁊ maxime in primo volumine conſilio. diuerſo. doct. in ij. fo. ⁊ in vigeſimo volum. in fo. cix. in ſuprascriptione dicitur incip. tracta. Barto. a Saxoferra. de queſtionib. Et adde quod do. Anton. de Canario doctor ſingularis compoſuit: ⁊ ipſe tractat. de queſtionib. ⁊ tormentis incip. queſtionum ſeu tormentorum materiam vtilem, ⁊c.

b Tb. ¶ Quero que. Vide Alexand. in l. j. §. ijdem Cornelio Proculo. ff. de queſt. in addi. Barto. ⁊ l. vnius. §. reus. ff. eod titu. ⁊ l. qui ſine. in verſi. veniamus. eod. titu.

c ¶ Determinatum. Vide Ange. de aret. in tract. maleficiorum, in ver. fama publica.

d ¶ Demum reſtat. Vide Alex. in l. ſi. ff. de queſtio. in addi. Bar. ⁊ ibi dictum ponas hic.

e ¶ Sed quid. Vide Alexand. in l. prima. §. ſi ſeruus. in addit. ff. de queſtionib.

f ¶ Sed quid. Vide in lege, qui fine. ff. de queſtionibus. in additio. Bartol.

g ¶ Precedentib. indicijs. Vide Alex. in cōſ. j. in ij. vol. viſo. proceſſu. cum concor. de quibus ibi per eū. ⁊ in conſ. v. ⁊ in cōſ. xciij. quod incip. in cauſa inquiſitionis. in j. vol. ⁊ in l. qui aliena. §. Celſus. in vlt. col. ff. de acqui. hered. ⁊ vide plene per Felyn. in c. qualiter. ij. in §. licet. de accu. Barba. in conſi. vlt. in ij. volum.

h ⁊ Cal. in conſ. j. in tit. quod met. cau.

¶ Militie. Vide Alexand. in l. milites. C. eod in apo. Bar. vbi alleg. Bar. hic, ⁊ Alexand. in l. centurio. ff. de vul. ⁊ pup. vbi ꝫ le ne ponit de veritate iſtius queſtionis.

a Tracta. de Cicatricibus[a].

Do. Bartol. a Saxofer.

IN prebendo rectum iudiciū, nūquid ex vulnere ſit remanſura cicatrix, ſcđm indigentiā ſtatuti ciuitatis Flor. plura videntur cōſideranda. Primo, quid ſit cicatrix. Cicatrix igitur eſt quedam effigies vulneris faciem deformans. quaſi dicatur a ceco cecas, id eſt, cecans faciē vel deformans ſeu formam extinguēs. Hoc probatur ff. de viuſruct. l. locum. §. j. ibi, nec ſeruum cicatricibus deformare. ⁊c. de his qui deie. vel effu. l ſi. ibi, cicatricum aūt aut deformitatis nulla, ⁊c. Secundo eſt conſiderādum quod ad hoc vt effigies hēat nomen cicatricis, dz eſſe in apparenti loco corporis, alias bene poſſet eſſe effigies deformans corpus, ſed nō diceretur cicatrix. Hoc probatur ff. de edi. edi. l. queritur. §. fin. ibi, aut qui cicatricē euidentē ⁊ periculoſam, ⁊c. ⁊ ibi dicā. ⁊ l. ſi. ff. de his qui deie. vbi inter cicatricē ⁊ deformationē ponitur diſiunctiua: q: non quelibet deformitas eſt cicatrix. Hoc etiam eſt expreſſum in propoſito in d. ſtatuto tractante de materia. q: de effigie remanēte in facie loquitur. Tertio notandū eſt, quod effigies debet eſſe apparēs ad hoc vt cicatricis nomen habere mereatur, vt probatur in d. l. queritur. §. ſi. ⁊ eſt expreſſum in d. ſtatuto. Nā exigit faciē eſſe vituperatā per apparentem cicatricem. Ex hoc infero, qđ licet perpetuo effigies eſſet remanſura in facie, ſi non manifeſte diſcerneretur: ſed per quandam ſubtilem inſpectionem, non eſſet ſatiſfactum ſtatuto: q: nō eſſet vituperata facies per apparentē cicatricem. Quarto eſt conſiderandū, ꝙ ſtatutū requirit, ꝙ vituperatio faciei ſequatur ex vulnere per cicatricē apparentē, id eſt, poſt omnē curam pfectā ex illo vulnere ſit perpetuo remanſura apparēs effigies cicatricis. can. ventum eſt ad tertiam queſtionem. in prin. j. q. j. de perpetuitate loquor. q: verba legis que ſine determinatione proferūtur perpetuitatem ſignificant. Et q: vbi effigies non eſſet perpetuo remāſura, non diceretur eſſe remanſuram cicatricem, ſed potius diceretur nondū perfecte curatam: ⁊ dictum ſtatutū eſt intelligēdum de effigie remanente poſt omnem perfectam curam, alias abſurda eſſet eius diſpoſitio, q: ex quolibet vulnere illato, in facie vituperatur facies ante curam perfectā, ⁊ licet ſolidatum ſit vulnus, tamē remanet quedā macula, donec perfecte curetur, ⁊ de his ſtatutum non loquitur. Dicitur ergo cicatrix, propter illa que remanent poſt ſanatum vulnus. j. q. j. d. cano. ventum. Et ideo per cicatrices dicuntur homines dignoſci. l. ij. §. ſi. de ſer. fug. Item no. per predicta, qđ ſi per ſtatutū pena duplicatur pro cicatrice deformante, nō ſufficit formari inquiſitionē, vel accuſationem de cicatrice ſimpliciter, ſed formari debet de cicatrice deformante, ⁊ facit ff. de vſufr. l. locū. § j. quod no. q: quotidianū eſt. Quinto eſt conſiderandū, ꝙ ſi ex negligentia, vel imperitia medici remaneret cicatrix, nō eſſet locus d. ſtatuto. Nā vt ſtatuto ſatiſfiat, requiritur ꝙ vulnus illatū ſit cauſa immediata, ⁊ neceſſaria cicatricis, alias nō dicit ſequi ex vulnere: q: dictio, ex, denotat cām proximā. l. ex eo tēpore. in ſi. ff. de pen. ⁊ in qualibet legis diſpoſitione cauſa proxima eſt conſideranda potius, quam remota, ff. quod me. cau. l. metum aūt preſentem. §. ſed lz. Sed cicatrix que remanet ex mala cura imperiti medici, non dicitur ſequi ex vulnere, attenta cauſa proxima. ſicut dicimus in morte, quando vulnus ex ſui natura nō eſt letale, nam tunc vulnerans non tenetur de morte, licet vulneratus ex imperitia medici ſit mortuus. l. qui occidit. §. fin. ff. ad le. Aqui. vbi caſus eſt de hoc. Quibus omnibus mature cōſideratis diſcretus medicus bene diſcernet, nūquid ex vulnere ſequatur vituperatio faciei, afferēdo cicatricem necne, ⁊ ſanum ⁊ rectum conſilium poteris exhibere. Bar.

ADDITIO.

a Tho. Di. ¶ Tractatus de cicatricibus. Iſtum tracta. inueni in xx. vol. cōſi. diuerſorū doc. in fo. clxj. vbi dicit, ꝙ eſt Bar. a Saxoferrato. ⁊ de materia iſti⁹ trac. vide per Ang. de Peruſ. in l. extat. in prin. ff. ꝙ me. cau. ⁊ i l. q̃rit, §. ſi. ff. de edi. edic. ⁊ in cōſi. cxlv ſuper primo. ⁊ ibi plene videas. ⁊ Catald. in ſuo trac. ſyndicatus in q. cxix. ⁊ plenius per Ang. de Are. in tract. maleficiorum. in ver. cicatrix. ⁊ per Jo. de Ana. in c. cum ex iniuncto. de here.

Tractatus de Peremptione

a inſtantie[a], per Do. Bar. a Saxofer. legum doct. ſuper l. properandum. C. de iudi.

QUia l. properandū. C. de iud. cauetur, ꝙ iudex elapſo triēnio, cuz inſtātia cauſe perempta ſit, non poteſt vltra terminum illū pronunciare. dicit enim circa prin. lites vltra biennij metas poſt litē cōteſtataz nō eſſe protrahēdas. Et in j §. ſin autem vtraque. dicit intra dictū terminum iudicem non terminantē puniri, ⁊ eſſe eum ab officio remouēdū, ⁊ in vlt. §. dicit ꝙ actor cadat id eſt, ab inſtātia cauſe ſeu iudicij. Sz pone, retēto eodē themate, qđ ſtatuto cauet, qđ iudex teneatur terminare cām intra menſem ſub certa pena: iudex intra dictū terminū nō terminat, an erit inſtātia cauſe perempta: Et videtur, ꝙ ſic: quia iſtud paruum tēpus ſuccedit loco trienij. vn-